Quelle: https://manuscripta.at/?ID=86
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



qualitatum cum iunctio quarum due sint opposite. Ergo
impossibile ut febris de tribus qualitatibus iunctis generetur.
Que ad modum de calore. sic. frigiditate. Frigiditas
hec repugnat calori. et destruit eum. Similiter
morbus impossibile est sit de calore. hu. et sic.
Quia siccitas. hu. repugnat. et destruit eam.
Quod si aliqui sophiste dicant. Cur negastis morbum
esse ortum de tribus qualitatibus. et dixistis unam corporis
complexionem esse de quatuor qualitatibus. cum quatuor
magis sint repugnatiue quam tres. Tres hec in uno
loco repugnant. et quatuor in duobus. quia calor
repugnat frigiditati. et siccitas humiditati.
Respondebimus. humana corpora sunt composita
de quatuor qualitatibus, equaliter ad inuicem repugnan-
tibus. i. una alteri non dominatur. Que cum egrediantur a
temperamento ut una super aliam. impossibile est ut
due qualitates aliis duabus dominentur ut eas destruant.
quia dominatio non in una. Nam destructa est ea que sibi
fuerat opposita. Sed febrem dominus tres habere qualitates.
Cuius enim genus est triplex. Causa. Quia humana cor-
pora sunt tribus modis composita. Membris uidelicet solidis.
Spiritu. et humoribus. Cumque sint ex tribus composita.
necesse est ut eius genus febris sit triplex. Unum in
solidis membris. sicut carne. pinguedine. uenis.

de tribus compositionibus humanorum corporum in quibus febris consistit